



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XV. Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen dem Bischofe Johann von Havelberg das Dorf Blantekow, im Jahre 1293.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

penfionibus roborari fecimus in testimonium veritatis. Acta sunt hec Zwerin, anno domini M^o. CC^o. LXXXI^o, in vigilia Ascensionis domini.

Nach Risch a. a. D. S. 24.

XIV. Ritter Johann Gans von Perleberg verbindet sich mit dem Grafen Helmold von Schwerin gegen jedermann, ausgenommen den Markgrafen Otto den Langen und seine übrigen Blutsverwandte, im Jahre 1292.

Nos Johannes, miles, dictus Gans de parleberghe, omnibus presenciam visuris uel auditoris volumus esse notum, quod nos cum nobili viro domino Helmoldo Comite Swerinensi convenimus in hunc modum omnimode concordantes, videlicet quod nos vnum cum ipso erimus et in omnibus iustis et rationalibus causis suis ipsi astabimus contra emulos suos et quoslibet inuafores, excepto inelito principe reuerendo nobis domino Ottone marchione Brandenburgensi longo et ceteris nostris consanguineis, in quorum preiudicium causa huius ordinationis nichilum faciemus. Testes huius ordinationis sunt Huno dictus de Carwe, Johannes huno, Arnoldus dictus de Beswede, Milites, Guncelinus domicellus zwerinensis, filius dicti comitis helmoldi et alii fide digni. In huius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno domini M^o. CC^o. nonagesimo secundo, in die beati iacobi apostoli.

Nach dem im Groß. Mecklenburgschen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Originale. Vgl. die Ann. zur Urk. Nr. XII. und Bd. I, S. 297.

XV. Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen dem Bischofe Johann von Havelberg das Dorf Blantekow, im Jahre 1293.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landspergh, omnibus in perpetuum. Successu temporum perimunt gesta fidelium: quare decet et expedit, ut fulciantur testibus et testimoniis literarum. Hinc est quod uniuersis Christi fidelibus, tam presentis temporis quam futuri, volumus esse notum, quod nos de consilio vasalorum nostrorum Venerabili in Christo Patri, domino Johanni Havelbergensis eccl. se episcopo, uendidimus villam Blantekow cum distinctionibus suis, lignis, agris, pascuis et pratis et cum omnibus pertinentiis suis, ita sicut dominus Henricus de uelde eam hactenus dinoscitur possedisse, sine omni mensuratione, exactione et quolibet genere gravaminis, proprietatis tytulo in perpetuo possidendam, pro se suisque successoribus uniuersis, abrenunciantes omni iuri, quod habuimus in eadem. Pro dicta uenditione dicte ville recepimus centum et quinquaginta marcis (marcas?) argenti Brandenburgensis, quod nostris usibus est conuersum. Si autem aliquis in posterum dictam uillam uellet inpetere, nos et nostri heredes dictum Dominum Episcopum et ejus successores tenebimur warandare. Vt autem hec nostra uendicio et proprietatis donacio perpetuo perseveret et permaneat inconuulsa, nostris sigillis roborari fecimus ad perpetuam rei memoriam presens scriptum. Huius rei testes sunt, Magister Johannes, quondam Decanus Stendaliensis, Geuehardus prepositus havelbergensis, clerici, ac

Borchardus Niger de Irkesleue, Gerhardus de kerchow, Hinricus de Wardenberge, Haffo de wedele, Fredericus de Ecstede, Johannes de Oldenueth, Johannes de Romolo, Johannes de Caluerwifoh, Sabellus de plawe, Milites, et quam plures alii fide digni. Datum Sandouwe Anno millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, Tercio Nonas Augusti, per manus Canonici Stendaliensis nostre Curie Notarii et Capellani.

Nach dem Havelberger Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives Bl. 14. Ungenau abgedruckt in Buchholz Gesch. der Churm. IV. Urk. Anh. S. 127, 128.

XVI. Der Bischof Johann von Havelberg ertheilt der Kirche St. Gertraud zu Halle behufs der Vollendung des Kirchengebäudes einen Ablass, im Jahre 1295.

Johannes, dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, omnibus christiane fidei professoribus salutem in eo, qui neminem uult perire. Quoniam, ut ait Apollolus, omnes stabimus ante tribunal Jesu Christi, accepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum; Oportet enim diem extremum bonis operibus preuenire. Cum igitur ecclesie beate Gertrudis in ciuitate Hall tempore non suppetant ad structuram ecclesie facultates; Omnibus uere confessis et contritis, qui dicte ecclesie manus porrexerint adiutrices, XL. dierum indulgencias, de iniuncta iis penitencia, dummodo consensus diocefani accesserit, in domino misericorditer relaxamus; post consummacionem uero operis minime ualituras. Datum Hall, anno domini MCCXCV. secundo Idus Octobr.

Nach Ludewig, Reliqu. Manuscript. XI, 587., mit Verb. augenscheinlicher Fehler.

XVII. Ablassbrief für die Wohlthäter der St. Jacobi und Nicolai Kirchen zu Perleberg, vom Jahre 1295.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere peruenerint, Nos dei gratia andreas liddenis Comes palatinus, Sabbas Militensis, Perronus Iarimensis, Stephanus Opidentis et frater Romanus Croensis Episcopi, salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere uenit, ut sibi a suis filiis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, De habundantia pietatis sue merita supplicum excedens et uota bene seruientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri; Desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles christi ad complacendum, et quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentiis uidelicet et remissionibus, inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur ut ecclesie beatorum Jacobi apostoli et sancti Nicolai de perleberge, havelbergensis dioecesis, congruis honoribus frequententur et a cunctis christi fidelibus iugiter uenerentur, Omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad dictas ecclesias causa deuotionis seu peregrinationis accesserint et in eisdem quotienscumque diuinum officium deuote audierint et cimiteria praedictarum ecclesiarum cum orationibus quibuscumque uisitaerint et orationem dominicam cum salutatione angelica pro animabus, quorum corpora in eisdem sunt humata, et pro animabus omnium fidelium defunctorum dixerint mente pia, Nec non qui praedictarum ecclesiarum provifores, clericos corpus christi per terram ad infirmos portantes, pia mente humili ac contrito corde cum orationibus associauerint, Seu qui praefatarum ecclesiarum fabricis, reparationibus, luminariis, libris, uestimentis, calicibus, campanis, altarium